

# Quinta etas mundi

## Linea pontificu Elizaphat



Joiade vel Judas



Johānes filius Jude



Hieremias



Ezechiel



Lucrecia



**O** circa hec tpa vt dicit Orsi? Nox ad magnas partem diei tendi visa est: et saxea grando scilicet veri lapides descenderunt de nubibus.

**H**ic incipiunt ebdomode Danielis scdm Bedas de qb? inter doctores est gradis altercatō.

**O**mplo domini in modū castri sexto regno darū anno perfecto Joachim pontifex cum sacerdotibus cum tubis et ornatu soleni laudauerit deū.

**Templuz Salomonis perficitur anno .vii. darū regis persarum.**

**I**ste Elizaphat hebreorū summus pōtifex successit Joachim patri in pontificatu. vt dicit Eusebius. sedit annis. 52. Vir tanto honore dignus q̄ sua prudentia ab Artaxerse persarum rege absolutō nem a vectigalibus et tributis pro ministris templi obtinuit. potestatem quoq; amouendi iudices.

Elachim anno mundi. 4759.

**A**das quartus summus sacerdos tpe Adardolchei. Cui ex Susis persarum vrbe misit epistolas de obseruatione dierū phurym. Constat em̄ hūc multe doctrine et sanctitatis fuisse virū: multis tamiē seditionibus agitatum.

**J**ohānes iude pontificis filius quītus hebreorum pontifex. habuit fratrem qui dicebat iesus qui aspirabat ad pontificatū confidēs de familiaritate vagosi prefecti trans flumē. Cū autē sup hoc aliter caretur cū iesu in templo adeo incitauit fratrē vt eum occideret. Ideo vagosus omnia ornāmēta templi sustulit.

Asor Anno mōi. 4809.

**D**e isto Sadoch (Anno mōi. 4859.) etiā nihil habet nisi q̄ ponit Matthē primo cū ceteris in generatione christi.

**I**ste Hieremias vltimo pphetauit i egipto. Cū q; peccata populi increpasset lapidat? est ab eis apud taphnas. Et eo loco lapidibus fuit obrut? sepultus vbi olim pharao rex habitauerat.

**E**zechiel propheta hic post mlta gloriosa gesta cuius quosdam redargueret exacerbati ipm equis distraherunt per crepidines saxorum atq; excerebrauerūt. Et in sepulchro Sem filij Noe et arphaxat ei? filio sepult?.

**Z**acharias et Aggeus anno scdo Darū increpauerunt populum propter negligentiam eorum et edificandum domū domini. et sollicitabant Sorobabel vt loquaretur super hoc regi. et annuit rex: et accensus est cor populi vt edificarent templū. Tandē post multa bona opera cōpleto templo. Et ipse obiit. Et iuxta aggeum pphetam sepultus fuit.

Zacharias



## Linea Christi Templum Salomonis



Elachim



Asor



Sadoch



**L**ucrecia matrona romana omnium romanarū mulierum pudicissima formaq; et elegantia clarissima coniunx collatim a sexto Tarquinio tarquinij superbi filio per vim stuprata semetipam interfecit. Tarqmo igif expulso romani reges defecere. Cum ibidem regnatum fuisset sub regibus septem annis. 240.